



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 54. Synodi translatio proposita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

## §. LIV.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1546.*Synodi translatio proposita.*

Die decima tertia ejusdem mensis Julii generalis habebatur Congregatio, in qua Montanus Cardinalis proposuit, quod de aliis duobus justificationis capitibus conjunctim ageretur: *Eoquod*, inquiebat ille, *impensa jam cura in primo discutiendo ad duo proxima magnam lucem afferret, & præstitutus Sessioni dies festinam rerum digestionem postulare.* Tum admoniti Patres, ut in futuro Conventu quatuor Prælatos designarent, qui Decretum circa primum de justificatione articulum jamjam discussum conficerent. Habita est ergo die decima quinta Julii præfata Congregatio, in qua arcanis suffragiis selecti sunt Armacanus Archiepiscopus, & Acaensis, Bituntinus, & Bellocastrensis Episcopi, qui hoc Decretum eliminarent.

Cum igitur Patres suam sententiam circa duos hosce articulos ibidem examinandos edicere rogarentur, Pacecus Cardinalis pluresque Archiepiscopi hac super re mentem suam aperiebant, mox tamen ordine suo sic subjunxit Corcyrensis Archiepiscopus: *haud paratus ad eam rem adveni, arbitratus, potius agendum*

*Pallav. l. 8.**c. 5. n. 1. & 2.**Diav. Mas-**sarelli 13. &**14. Jul. an.**1546. & 23.**Junii.)**Pallav. l. 8.**n. 2.*

de



Sæcul. XVI  
A.C. 1546

*de professione ex Tridentina urbe, in qua Patres tanto cum discrimine versantur propter imminens bellum, hostiumque propinquitatem: quod autem in me est, nolo iterum in crucem agi. In eadem ferme verba Senensis prorupit, simulque periculum exaggeravit ex fama victoriæ Ducis Wirtembergensis, qui cum ingenti exercitu capta jam prope Oenipontem clusia, progredi nitebatur. Materanus se quidem discriminis conscium, non vero ab eo perterritum esse ostendit, paratumque se dixit ad eandem cum Legatis aleam subeundam, mortemque, si opus foret, cum ipsis oppetendum.*

Prætensum hoc discrimen Synodo impendens jamjam turbabat Legatos, quapropter illi, antequam ipsis foedus Cæsaris cum Papa initum innotesceret, hæc ad Cardinalem Farnesium perscripserunt; neque decorum, neque tutum „nobis est, diutius Tridenti hæerere, ubi „militibus circumdati haud temere time- „re debemus, ne eorum violentiæ, ac „furori exponamur, præcipue, cum ne- „quaquam Tridentinis vires suppetant „ad repellendos hostium undique concur- „rentium impetus: quinimo ab amico „etiam Cæsaris milite cavendum est, po- „tissimum ob annonæ & commeatus in- „opiam, hinc qualiscunque demum sit „rerum facies, in præsentis rerum vicissi-  
tudine



tudine nihil opportunius videtur, quam Synodum transferre. Verum cum huic consilio quosdam Præsules Carolo Cæsari addictos abs dubio obluēturos, ac Tridenti permanfuros metuerent, hinc pariter Farnesium monebant, ut ad primum belli fragorem, cum Tridenti duntaxat ejusmodi Præsules perstituri essent, per diploma Pontificis consuleret, ne iis Patribus liceret, quicquam auctoritate sua statuere, Legatis ceterisque Episcopis absentibus. His publicis privatas quoque literas adjecerunt, in quibus tamen ferme eadem perscripserunt. Verum hæc Legatorum anxietas displicuit Pontifici, qui nec Cæsarem sibi foedere junctum offendere, nec Synodum durante bello ad illius defensionem suscepto dissolvere voluit: quapropter datis literis Tridento discedere, eis omnino inhibuit; quinimo ipse etiam Farnesius Cardinali S. Crucis hæc significavit: „Pontifex majus animi robur in vobis desiderabat, proinde potius ex armorum apparatu majorem constantiam exhibere oportet; quippe hæc arma ad contumaces Concilio subjiciendos parata sunt, præcipue, cum Tridento discedere perinde sit, ac militibus Pontificis stipendia merentibus diffidentiam inspirare, ac præpedire, ne suis Belliducibus obtemperent.

§. LV.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1546.